

iam prae foribus adstare divinitus praenoverat. Dicit autem, quod erat *expectans consolationem Israel*: quia ex propheta Isaiæ didicerat Christum suo adventu non consolaturam (*Isaiæ 51*): *Consolabitur Dominus Sion, et consolabitur omnes ruinas eius*: et alibi inquit: *Ad annuncinandum mansueti misit me, ut morderet contritis corde, et praedicarem captivis indulgentiam, et praedicarem apertionem, et praedicarem annum placabilem Domino, et diem ultionis Deo nostro, et consolarem omnes indulgentes*. Quamvis autem Euthymius consolationem hanc a Simeone expectatam interpretelet revocationem ab erroris servitute: et Titus etiam Bostrensis intelligit, liberationem populi a Romanorum dominio, et Herodis alienigenae tyrannide; ego quidem non aliam iudico Simeonem expectasse consolationem, quam a Christo Domino praestandam, a peccatorum servitute nos liberando, et cum Deo Patre reconciliando. Erat ergo Simeon expectans, sed non ut vos fugaces mundi honores, fallaces divitias, caduca luera, ac terrenas consolationes, sed expectabat Christum Dominum, cum Davide dicens (*Psal. 38*): *Et nunc quae est expectatio mea, nonne Dominus?* Sed ad quid expectas Dominum ut consoler, tibi ne soli? nequaquam, sed ut consoleret Israel, et expectans consolationem Israel: propterea enim dixit d. Ambrosius (*lib. 2. in Luc.*) de illo: *Bene iustus, qui non suam solum, sed populi gratiam requirebat, cupiens ipse vinculus corporeae fragilitatis exsolvi, sed expectans videre promissum*. In hoc certe valde splendens videtur Simeonis charitas, qui non iam commodum suum, quam Dei gloriam, et publicam animarum utilitatem quaeritabat: ut enim dixit Apostolus (*1. Corint. 3*): *Charitas non quaerit quae sua sunt*: unde eleganter d. Ambrosius (*lib. 1. offic. c. 25*): dixit: *Charitas communia pro suis habet, sua vero pro communibus*: quae sententia consona satis est cum alia d. Aug. (*epist. 109*): *Charitas communia propriis, non propria communibus anteponit*. Sed audiamus d. Paulum, qui ardentissime amoris flammis exaestuas dicebat (*1. Cor. 12*): *Ego autem libentissime impendam meipsum, et superimpendam ipse pro animabus vestris*: et alibi (*1. Cor. 15*): *Quotidie morior pro vestra gloria, fratres*: et in alio tandem loco (*1. Cor. 10*): *Non quaerens quod mihi utile est, sed multis*. Hanc excellentissimam Pauli charitatem, quam sacrificium Deo fieri pro salute hominum avidissime cupiebat, his verbis commendat d. Chrysost. (*ho. 1. de laudib. Pauli*): *Non una tantum vice, siquidem semetipsum per dies singulos immolabat: nam et ad pericula iugiter parabat, consummans voluntatem martyrii, et naturam in se mortificandae carnis, nihil mirus quam immolatae hostiae Deo minus implebat; et quia semetipsum conseraverat Deo, etiam orbem universum studuit offerre, qui omnem prorsus, quae sub coelo est, regionem, quasi totius circumiret, ut ex hominibus angelos faceret, qui propterea laetissimo animo dicebat, scribens ad Philippenses: Sed etsi immolar supra sacrificium, et obsequium fidei vestrae, gaudeo, et congratulor omnibus vobis*: hactenus d. Chrysost. Quid plura? Et Spiritus sanctus, ait sacer Evangelista,

erat in eo. Experientia constat, quod quanto quis plures divitias comparavit, tanto plus illas perdere timet; quia ergo Simeon multis spiritualibus opibus affluens, timebat eas perdere. Evangelista dicitur, ut supra vidimus, quod erat *timoratus*. Hic ergo timor fecit illum templum Spiritus sancti inhabitantis in eo: nam, ut philosophi docent, timor ad intimam cordis spiritum regredi compellit. Scio Euthymium, lansonium, nec non card. Tolet. expovere haec verba, ut intelligatur Spiritus sanctus esse in eo per donum prophetae, quia revelationem de Christo acceperat a Spiritu sancto; in quo d. Petrus ait (*2. Petr. 1*): *Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines*; tamen d. Bonaventura (*in c. 2. Lucae*), et multi Neoterici, illa explicant de existentia Spiritus sancti per gratiam, et charitatem; et in hoc sensu videntur haec verba rationem reddere, quare omnia mundi oblectamenta Simeon floccipendens, solum Christum desideraret, et expectaret, quia scilicet *Spiritus sanctus erat in eo*. Est enim non leve argumentum inhabitationis Spiritus sancti in anima, omnibus terrenis despectis solo Dei amore afflicti, et accendi. D. Paulus dixit, *ubi est Spiritus Domini, ibi libertas*; quae verba elucidans Origenes (*hom. 12. in Ezech.*) inquit: *Quid vocas libertatem? non servire saeculo, non servire pecuniae, non servire desiderii carnis? Ego interim dico, quod donec alicui horum deservio, non sum consequutus ullam libertatem Spiritus sancti; si laudis sum cupidus, et gloriam sector humanam; si de hominum vultibus, et sermonibus pendo, quid de me ille sentiat, quomodo ille me habeat, non illi displicam, si illi placeam? donec requiro ista, serens horum sum, non habens libertatem Spiritus. Recte ait, non habens libertatem, quia libertas spiritus ab omnibus quae mundi sunt, expedita est, ut soli Deo inserviat, ei soli attendat, ei soli placeat. Unde recte Chrysost. (*hom. 59. in Matth.*) dixit: *Nihil est quod sic tollat animae libertatem, quemadmodum rerum saecularium cupiditas: non enim sibi vivunt, sed alteri, et mille dominis premuntur*. Nemo igitur inficari poterit veram libertatem esse ab omni terrena cupiditate alienam uni solo Domino famulari, cui servire regnare est.*

Tandem subdit sacer Evangelista, *non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Dominum*. Illud discrimen adnotavit divus Ambrosius (*super Psalm. 118. serm. 10*), quod si quis prius videt basiliscum, quam videtur ab illo, continuo basiliscus moritur; et contra vero, si hic prius videt hominem, confestim homo interit: non dissimiliter illud est discrimen inter iustum, et peccatorem, quod hunc prius videt mortis basiliscum, quam videtur ab illo, et ab eo saepe repente invaditur, ad quod cavendum Ecclesia catholica precatur: *A subitanea, et improvisae morte, libera nos Domine*. Iustus autem per continuum mortis meditationem prius videt mortis basiliscum, et sic eius damna praecavens, ab eius veneno non inficitur, sed in pace in ipsidum dormit, et requiescit. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA XIV.

*Prosequimur eadem praebidia multis animi conceptionibus, ac variis Patrum doctrinis illa exponentes verba*: Responsum acceperat a Spiritu sancto, non visurum se mortem nisi prius videret Christum Domini: et venit in spiritu in templum, et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, et ipse accepit eum in ulnas suas.

Sanctissimus Simeon cum non solum vilae integritate, sed doctrinae sinceritate conspicuus esset, et in sacra pagina apprime versatus, ex divinis eloquiis praenoscere iam adventum Christi Domini adstare: videbat enim regale sceptrum ablatum, et Iacobi vaticinium adimpletum (*Gen. 49*): *Non auferetur sceptrum de Iuda, et dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est*. Herodes namque alienigena Idumaeus sua tempestate regnabat in Israel. In Daniele item legerat septuaginta annorum hebdomadas, hoc est, 490. annos a secundo anno Darii Artaxerxis Longimani usque ad adventum Christi fore; unde coniciebat iam Messiae tempus prae foribus esse, et quo propius adesse putabat tempus Messiae, eo ardentius cupiebat illum videre. Verum non solum hanc certitudinem, sed singularem aliam adventus Christi Domini habuit: nam quamvis card. Tolet. (*in commentario huius loci*) doceat, ex vi illorum verborum, quibus Evangelista ait, Simeonem responsum accepisse ab Spiritu sancto non visurum se mortem, antequam videret Christum Dominum, non posse colligi, quod id prius ipse postulasset a Deo: quia etiam de Magis non postulantis dictum est (*Matth. 2*): *Responso accepto, ne redirent ad Herodem*; tamen d. Augustinus (*serm. 3. verb. Apost.*), cui consensio, affirmat prius revera Simeonem multo precibus a Deo petisse videre Verbum divinum incarnatum, illudque dixisse davidicum (*Psal. 84*): *Ostende nobis Domine misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis*. Et (*serm. 2. de tem.*) inquit: *Multum senex ille fuit ad audendum serus, sed ad videndum maturus*. Non expectavit, ut Christum audiret loquentem, quoniam agnovit infantem, et hoc illi constans erat iam decrepito quasi desideranti, et suspiranti, et dicenti quotidie in orationibus suis, *quando veniet? quando nascetur? quando videbo?* Putas durabo? putas hic me inveniet? putas, isti oculi videbunt, per quem cordis oculi revelabuntur? Dicebat ista in orationibus suis, et pro desiderio suo accepit responsum non gustare mortem, nisi prius vidisset Christum Dominum. Itaque factus tanquam alter Daniel vir desideriorum, clamabat cum David: *Ueque in senectam, et senium, Deus, ne derelinquas me, donec annunciem brachium tuum generationi omni, quae ventura est*. Huic ergo petitioni arbitror datum fuisse a Deo iuxta mentem divi Augustini divinum responsum ipso implente, quod praedixerat David (*Psal. 10*): *Super sa-*

*lutare tuum exultabit vehementer: desiderium cordis eius tribuisti ei, et voluntate laborum eius non fraudasti eum*.

Ad recipiendum ergo Simeon hoc tantum bonum divinitus sibi promissum, ad visitandum Dei templum se contulit (*Lucas 9*): *Et venit in spiritu in templum*. Hoc templum in monte Moria erat constitutum, in quo voluit Abraham immolare Isaac filium suum. Iacob dormiens ininitus esse scalam erectam usque ad coelum, et David cum vidit angulum stantem, et cadentem populum, in terram corruit, graviterque se affligens a Deo veniam meruit. In hoc monte erat area Iebusaei, quam David ad constituendum ibi domum Domini idcirco emerat, quia misericordiam in illo loco consequutus fuerat. In hoc rursus sancto templo cum Salomone aedificare ipse perficisset, et sacrificia Domino offerret, nebula illud implevit, descendens de coelo deoravit holocausta. Cum etiam ibi flexis genibus, et manibus ad coelum expansis, Salomon Dominum orasset, ut quicumque beneficia petitus ingrederetur, preces eius a Domino reciperetur, apparuit ei Dominus dicens (*3. Reg. 9*): *Ecce audivi orationem tuam, et deprecationem tuam: elegi enim, et sanctificavi mihi locum istum*. In hoc templo Heliodorus a rege Antiocho missus, vulneratus est. In hoc templo beata Virgo cum aliis virginibus ministra templi cortinas, et vestimenta sacerdotalia preparabat, literas sacras addecebat, icunias, vigiliis, orationibus, et divinarum lectionum studio vacabat. In hoc templo Dominus noster Iesus Christus a parentibus est oblatas, a Simeone susceptus, a sancta Anna vidua omniibus, qui expectabant redemptionem Israel, annunciatus. In hoc templo Iesus, cum iam duodecim sedes annorum, inventus est ad disputationem sedens in medio Doctorum. Supra pinnaculum huius templi Iesus diabolus statuit, et ut se deorsum mitteret, tentando suggestit. Ab hoc templo videntes, et ementes ciecit, ac mensas numulariorum, et cathedras columbas vendentium evertit. In hoc Iherusalem auditeram ab accusantibus eam. Imminente etiam eius passione tota die erat in templo hoc publice docens. Huius templi velum in morte eius scissum est a summo usque deorsum, ut pateret introitus ad sancta sanctorum. Ab huius templi pinnaculo versus meridiam beatus Iacobus apostolus primus Ierosolymorum episcopus praedicans praecipitatus, pericula fullonis percussus, martyrio est coronatus. In huius templi, et altari, quod est ante templum foris in atrio ad meridiem Zacharias filius Barachiae martyr occubuit. Ipsum vero templum rotundum constat ex oculo partitissimum, conclusum exterius per circuitum; interius vero ingentibus columnis marmoreis per trivium; in medio quoque in ipsa altitudine in modum fornicis est obductum. Est autem intrinsecus scriptum in supremo ordine (*3. Reg. 8*): *Audi Domine hymnum et orationem, quam servus tuus orat coram te hodie, ut sint oculi tui aperti, et aures tuae intentae super domum istam die, ac nocte*. In unoquoque vero pariete extrinsecus scripti sunt singuli istorum ver-

sum in circuitu ita, ut facile legi possint contra civitatem: Pax aeterna ab aeterno Patre sit huic domui. Contra templum militum: *Bene fundata est domus Domini supra firmam petram.* Contra Behemianam: *Non est hic alius, nisi domus Dei, et porta coeli.* Contra montem Olivetici: *Beati, qui habitant in domo tua Domine.* Contra vallem Iosaphath: *Benedicta gloria Domini de loco sancto eius.* Contra claustrum templi: *In domo Domini omnes dicent gloriam.* Contra montem Sion: *Templum Domini sanctum est, Dei structura est, Dei aedificatio est.* Contra civitatem: *In domum Domini laetantes ibimus.* Hoc templum in inferiori parte urbis est in vicinia maris ad Orientem, nec longe a muro ad meridiam situm. Templum autem Domini vocatur, quia in eo sacrificia Domino offerbantur: modoque consecratum est in honorem Salvatoris mundi, et Genitricis eius Mariae. Quod licet primo a Babylonis, et postea a Romanis fuerit destructum, a fidelibus tamen et religiosi viris opere rotundo in eodem loco magnifice, et miro artificio est iterum reparatum. Hoc ergo celeberrimum templum est, de quo Evangelista ait, quod *Simeon venit in spiritu in templum.* Quorum verborum sensus non est, ut arbitratur Origenes (*hom. 15*), Theophylactus, et Euthymius (*sup. cap. 2. Lucae*), impulsus Spiritus sancti venisse in templum, ipso ingratum Christum Dominum ibidem venturum; sed germanum illorum sensum esse reor, Spiritus sancti admonitione certum venisse Simeonem visurum Christum Dominum sibi promissum. Sicut enim de Christo dicitur (*Lucae 4*): *Agebatur in Spiritu in deserto:* hoc est, per Spiritum, cognoscens, quod ibat ad reportandum victoriam de diabolo in deserto illum tentaturus; ita sanctus Simeon venit in Spiritu in templum, hoc est, per Spiritum, agnoscens tunc iam adesse tempus, ut facta sibi promissio videndi Christum impleteretur. Hanc expositionem docuere me gravissimi Patres. Nam praeter Cyrilianum (*lib. de mort.*), et Iuvenium (*de Simeon.*) illam docentes, disertis verbis eam tradidit Theophylactus presbyter Ierosolymitanus, dum in homilia de propheta Simeone inquit: *Cum Simeon meditantibus domi sederet, Deumque apud se roperet, ut, quod acceperat oraculum, exitum aliquando sortiretur. Iosephusque, et Maria soli in ea essent, ut puerum Iesum iam ad templum deferrent, et per legis consuetudinem sacrificium pro eo offerrent, Spiritus sanctus responsum exhibiturus praesto fuit. Simeonenique eiusmodi oratione excaecavit: Surge, senex, quid dormis? tempus est, quo oraculum expleri debet. Matura cito: praesto est enim, qui te absolvat. Praepara sepulcrum, dispone domui tuae, adest qui te missum faciet; venit Emmanuel. Celeriter ad templum transcurrere, in templo autem meo constitutus sacra de sacro caticinare. Simeon itaque quasi aetate innovatus, animique desiderio perinde ac aliis quibusdam vehementer concitatus, et a Spiritu sancto impulsus, et sublevaris celerissime cucurrit, Iosephumque, et Mariam, qui recta ad templum contendebant, advertit, templumque ante illos ingressus iuxta aedem sacra aedificata constitit, Spiritus sancti revelationem ibidem expectaturus; haec ille.*

Ex quibus non possum non ansam sumere, ut desolabilem illorum morem acriter increpem, qui corrupta intentione, et non in Spiritu, sacra Dei templa ingrediuntur: quidam enim accedunt in spiritu veniuntis, ut primus accubitus occupent, et ornatisissimis stratis pompatibus insideant; alii in spiritu libidinis, ut foeminas conspiciant, et ab eis conspiciantur; alii in spiritu hypocrisis, ut sanctiores hominibus appareant; alii in spiritu acidae, se ro ad divina officia venientes, et postea in templo dormientes; alii in spiritu ianias gloriae, ut pretiosis vestibus exornati, magnoque comitantium calerva stipati omnium oculos in se trahant; alii in spiritu garrulitatis, in quo frequentes peccant foeminae, quae persimiles ranis in paludibus semper in ecclesia garrunt; alii, ut ecclesiastici, veniunt in spiritu avaritiae, ut ecclesiae redditus obtineant, non ut divinas laudes canant; alii in spiritu Simonis magi, simoniae ecclesiastica beneficia obtinentes. Non sic sanctus Simeon, sed in spiritu venit in templum, hoc est, ex affectu pietatis, et religionis, ut Christum Dominum amplexans illum adoraret, et revereretur. Accidit autem divino consilio sic illud disponente, ut beatissima Virgo tunc etiam veniret in templum portans in brachiis dilectum filium suum Christum Dominum, ut tradunt sanctus Athanasius (*lib. 1. de commun. essent. Patr. Fil. et Spir. Sanct.*), et sanctus Irenaeus (*lib. 3. cap. 18*): etenim ipse, ut profiteretur se verum filium Virginis esse, et hac filiatione maximum sibi conciliaret honorem, voluit manibus matris suae in templum deferri.

Et quidem si sacer infans excellentiori, ac nobiliori aliquo vehiculo portari voluisset, quam virginis Deiparae manibus, minime inter omnes puras creaturas illud reperire potuisset. Celebris olim fuit Baechi currus, quem tigris; insignis Phaetonis, quem equi; Neptuni, quem pisces; Turni, quem serpentes; Oceani, quem ingentes balenae; Telydis, quem delphini; Dianae, quem cervi; Veneris, quem cyeni; Iunonis, quem pavones ducebant, ut poetarum fabulosa commenta recensent. Celebris etiam fuit apud antiquos Iulii Caesaris currus, quem quatuor elephantes; Aureliani, quem cervi quatuor; Marci Antonii, quem totidem ferocissimos leones trahabant. At omnium curram praestantia, si cum Mariani currus excellentia, in quo Christus Dominus ad templum Dei fuit delatus, conferatur, tam longe illa inferior iudicabitur, quantum Deiparae Mariae sublimitas inatione illos currus, et animantia illos ducentia superat. Quod si nosse desideras, unde Marianus iste currus tantam sibi gloriam, et splendorem conciliavit? scito a Christo Domino, quem gestabat et collo suo pendente, illum mutuasse. Unde Sponsus ei dixit (*Cont. 1*): *Collum tuum, sicut monilia, vel ut habet textus hebraeus: Collum tuum in monilibus.* Satis omnibus comperit esse reor, inter mulierum ornamenta quantumvis pretiosa, propriam liberorum prolem ex matris collo pendente omnibus gemmas, et margaritis auro contextis longe praefereendum esse, ut egregie significavit inelyta illa Gracchorum mater Cor-

nelia Romana: cui cum a clarissima quadam matrona nonnulla ostenderentur ornamenta, miram in modum pretiosa, quibus se exornare solebat; ipsa e contra velut pretiosissima pignora, et inestimabiles margaritas filios propter eos exhibuit dicens: *Et haec ornamenta meae sunt.* Ac si diceret: *Istae sunt gemmae, istae margaritae, ista pretiosissima mea monilia, quibus exornor, et pulcherrima reddor.* Quod quidem adeo verum est, ut aeternus Pater Christo Domino ostendens filios, quos genuerat, dixerit (*Isai. 49*): *Vico ego, quia omnibus iis, velut ornamentis, vestieris, et circumdabis tibi eos, quasi sponsa.* Quod si naturales filii, qui ex sanguinibus et corruptione seminibus orti sunt, pretiosissima dicuntur matrum ornamenta; multo sane rationabilius asseremus divinam illam prolem, quae sine matris corruptione de Spiritu sancto concepta fuit, integram esse virginitate manente, pretiosissimum monile fuisse, quo mirum in modum beata Virgo exornata instar pulcherrimi currus Salomonis infantem Christum genentis in publicum prodiit ad presentationis ritum in templo colendum: recte ergo ait sponsa videns Christum ex collo Matris pendente, et brachiis eius assidentem: *Collum tuum, sicut monilia, vel in monilibus.* Virgo igitur Christum Dominum baiulans, et ad Simeonem accedens, pandit aureum sinum, sydereas manus aperit, Agnum Dei collo et uberibus pendente ostentat, infiniti valoris thesaurum absconditum in lucem profert. Tradit Virgo, quem virgo filium peperit, cuius pater foemina nescit, mater virum ignorat; tradit patrem suum, quem ipsa genuit, tradit denique longevum diem, nondum bimestrem. Mundo quidem Pater aeternus illum donarat, nunc mater Simeoni eum donat, et in Simeone omnibus nobis, Simeon omnium nostrum nomine donationem acceptat. Coelorum cernit haereditatem, nam dono Christum accepit, et cum Christo donorum omnium possessionem, ut iam Dei filii nominemur, et simus: quod si filii, et haeredes, ut dixit divus Paulus (*Rom. 8*). Quomodo enim, ut inquit idem Apostolus, qui filium donavit, non omnia nobis eum ipso donavit?

Hanc oblationem a beata Virgine factam, et manibus Simeonis susceptam valiginatus mihi videtur Daniel, dum dixit (*c. 7*): *Ecce cum nubibus caeli, quasi filius hominis veniebat, et antiquum diem pervenit, et in conspectu eius obtulerunt eum, et dedit ei potestatem, et honorem, et regnum, et omnes populi tribus, et linguae ipsi servierunt.* Per nubes apte satis intelligi beatam Virginem, et Iosephum denotari: nam sicut mediante nube sol, in quem propter exitum eius fulgorem imbecillius oculorum acies intendere non potest, taliter fit visibilis, ut in eum facile oculos conicere valeat, sic Sol qui lucem habitabat inaccessibilem, ut ait Apostolus, nube carnis, quam Maria ei contulit, et Ioseph navitavit, et fovit, factus est nobis visibilis, Baruch dicente (*c. 3*): *In terris visus est, et cum hominibus conversatus est.* In his ergo nubibus veniens Christus Dominus pervenit ad Simeonem senem, per antiquum diem egregie significatum: qui, ut ait sacer

Evangelista (*Lucae 2*), *accepit eum in ulnas suas.* Nam autem omnibus adstantibus manifestavit esse verum Messiam, satis utique verificatur, quod dedit, hoc est, attribuit ei potestatem, honorem, et regnum. Quia tamen multo nosse desiderant, quo ratione sanctus Simeon cum primum Virgo intravit in templum, agnovit eam esse Matrem Christi, manibusque suis portare eum, qui tribus digitis appendit molem terrae, et placet hic apponere verba antiquissimi Timothei (*serm. de prophet. Simeon*): *Cum Simeon esset in templo, vidit quidem multas matres cum suis filiis in templum ingredientes, ad peragendum sacrificium presentationis, in quarum medio erat, quae portabat venerandum foetum, et nullis sordibus contaminatum. Iustus autem Simeon huc, et illuc oculos circumferens, postquam vidit multas matres in privato habitu, solam autem Virginem insuavit, et dicto lumine circumdantem, separavit reliquias matrum, clamans, et dicens coram omnibus: Date mihi locum, ut teneam eum, qui desideratur; vidit enim, qui me praevocavit, unde et meus germinavit spiritus. Cur quae estis ancillae, cum libera et Domina concertatis? Cur infantes vestros arae offeritis? huic concertimini, et eos offerte huic puero, qui est antiquior Abraham, etc.*

Illud magna observatione hoc loco dignum arbitror, quod praesciens Dominus multo sibi futuros catholicae veritatis adversarios, nonnullos adhibuit suae incarnationis testes; maior enim adhibetur fides duobus affirmantibus, ut adnotatur Innocentius (*in cap. quid person. de verb. significat.*), et Glossa (*in l. dian. S. si plures. ff. de arbitris*), quam multis negantibus; voluit tamen eos testes esse omnia exceptione maiores, et digniores, quia horum testimonium firmius, et validius est etiam quando tot sunt ab una parte, quod ab alia, ut docet Glossa (*in authent. de testib. S. scin. collat. 7. et habetur in l. 3. in princip. ff. de testibus*). Unde primi testes fuerunt prophetae, et patriarchae, qui eius adventum multis retro annis praedixerunt. Deinde ipso concepto, et nondum nato, testis exiit magnus Ioannes Baptista uterino matris suae ergastulo inclusus, ut audita est vox salutationis tuae, exultavit infans in utero meo. Testis Elisabeth Dominum suum illum vocans: *Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini meae ad me?* Testis Zacharias, qui cum matris esset, ad loquelam restitutus cecinit: *Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suae.* Testis illo iam nato in bethlehemitica portica multumdo angelorum divinas laudes canentium: *Gloria in excelsis Deo.* Testis pastorum copia, qui stuporem omnium pastorum pastorem recognovissent dicentes: *Videamus hoc verbum quod factum est.* Testis trium regum Magorum adventus, qui in gena procumbentes, depositisque regis coronis illum, tanquam verum Deum, et hominem adorarunt: *Vidimus stellam eius in Oriente, et venimus adorare eum.* Testis Simeon, et Anna eius maieslam, et excellentiam cunctis adstantibus divulgentes: *Lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuae Israel.* Testis applausus, quo legis doctores cum duo-

decim esset annorum in templo illum susceperunt, ac divina arcana reserantem audierunt: *Stupebant omnes qui eum audiebant super prudentiam, et responsis eius. Testis laus infantium, et puerorum: Osanna filio David: Benedictus, qui venit in nomine Domini. Testis multitudo prodigiorum, quae in morte eius natura mirante acciderant. Testes tandem post eius mortem Apostoli, et reliqui martyres, qui pro catholica veritate Verbi incarnati sanguinem profuderunt, quibus per Isaiam (cap. 44) dixit: *Verbo vos omnes testes mei estis.**

Atque hinc est, quod si rem altius contempler, inveniemus sollicitam curam habuisse Deum, ut quoties Christus Dominus, quasi unus ex nobis peccator in conspectu hominum videri poterat, continuo adessent testimonia, quae eum ab omni labe peccati immunem attestarentur, immo et ipsius peccati hostem acerrimum demonstrarent. Nam in primis nascitur in Bethleem; et quia, ut ait d. Leo (ser. 1. do nat.): *Nemo mundus a sordibus, nec infans unius diei; angelicus concensus et praebet munditiae testimonium, Dei et hominum reconciliationem faciendum advenire affirmans: In terra pax hominibus bonae voluntatis.* Deinde cum circumcisionis vultus sustinuit, quae ad expiandum peccatum fuerat instituta, coelitus fuit ei impositum interpretatur, a circumcisionis iniuria plene illum vindicavit. In baptismo deinde Jordanis, quem recipientes peccatores esse confitebantur, et interioris ablutionis indigos, coeleste testimonium continuo affuit ad sanctitatem eius tendendam, vox scilicet Patris de caelo dicens (Matth. 17): *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: necnon Spiritus sanctus in specie columbae capiti eius insidens; et quia Patris, et Spiritus sancti aderat attestatio, ne Filii desideraretur testimonium, ipse quidem dum Ioanne dicente: *Ego debeo a te baptizari, et tu venis ad me?* respondit: *Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam; salis utique profleuitur se debitorem omnem iustitiae, ac proinde etiam nostrae, solvens in corpore suo debita nostra. Tunc autem implevit omnem iustitiam, cum non sibi tantum iustus fuit, sed et aliis, pro quibus legem implevit, ac debita solvit. Tempore rursus passionis, quo tanquam sceleratissimus iudicatus est, ingens affuit testimoniorum congeries, eius sanctitatem contestans: nam Pilatus dixit (Io. 18): *Ego nullam invenio in eo causam; et uxor eiusdem Pilati monuit eum, ut ab eo plerumque se abstineret, quia iustus erat (Matth. 26): Nihil tibi, et iusto illi. Latro ex patibulo pendens innocentiam eius clamavit (Luc. 23): Nos quidem digna factis recipimus, hic autem nihil mali fecit. Centurio alta voce dixit (Matth. 27): *Verus filius Dei erat iste. Immo et ipsa mundi machina, iam coelestis, quam elementaris, opere ipso confessa est illum esse creatorem suum, eum eo iam mortuo solo obscuraretur, petrae quasi dolentes scinderentur, sepulchra aperirentur, ac templi velum divideretur. Ad eundem igitur modum nunc in die presentationis, in quo primogeniti ex concubitu maris, et foeminae in templo praesentabantur, cum ille a parentibus sistitur Domino, adsunt propheta Simeon, et prophetissa Anna verum Messiam illum annunciantes, atque adeo ex Virgine conceptum, et natum, et consequenter legi purificationis non obnoxium, cum matris vulvam non aperuisset, sed clausam reliquisset. Atque hinc est, quod Beda dixit: *Nato in carne Domino non solum angeli de caelis, sed et omnis aetas mortalium, uterque sexus testimonium reddidit. Decebat enim omnium salvatorem, sicut venturum in carne omnium, toto saeculi tempore, fidelium factum, vel dictum praesagiri: ita etiam veritatem communi omnium laude praedicari, impleta prophetia, quae dicit: *Iuvenes, et virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini.******

Quae autem fuerint magna, quibus Simeon, et Anna testimonium perhibuerunt de Christo, partim sacer Evangelista commemorat, partim sacri doctores contemplantur. De Anna Lucas (c. 2) ait: *Ipsa hora superiens confitebatur Domino, et loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem Israel. Simeon autem dixit: *Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Sanctus autem Cyrillus (orat. de Purif.) haec praecleara Christi praeconia Simeone praedicasse his verbis tradit: *Ece Simeon unius complectitur Deum, et Dominum meum in templo, cunctisque genibus novum, et admirabile illud divinae dispensationis sacramentum effatur; Iudaeis autem non sine tripudii, et exultatione, liquida, claraque voce inter cetera haec de eo intonat. *Hic est, qui est, et erat, quique a Patre nunquam abest, utpote eiusdem cum eo substantiae, eiusdem maiestatis, eiusdem gloriae, eiusdem virtutis, parique cum ipso eodem potentiae existens. Est enim omnipotens, principii aeternus, increatus, immutabilis, incircumscribitus, insuperabilis, ineffabilis, incomprehensus; denique talis, qui neque manibus contractari, neque mente concipi, nec ulla coniectura comprehendi potest. *Hic est paternae gloriae splendor, hic est rerum omnium natura constantium character, et idea. *Hic est lumen luminis, et paterno sinu exortum, hic est Deus qui ex Deo, et apud Deum esse dignoscitur. *Hic est fons vitae, et vita e Patre, velut e fonte procedens. *Hic est fluvius Dei, qui ex divina abyssu ita dimanat, ut nunquam tamen ab ea recedat. *Hic paternae bonitatis, aeternaeque beatitudinis thesaurus est. *Hic est aqua viva, quae mundo dat vitam. *Hic est radius increatus, qui ex Patre lumen veluti e sole progignitur, nec ulla tamen tempore ab eo diicellitur. *Hic est eius Verbum, qui omnia solo verbo, cum antea non essent, ex nihilo produxit. *Hic est lucifer, qui ante conditum luciferum incorporeas coelestium orbium, et exercituum virtutes formavit, et exornavit. *Hic est, qui coelum instar pellis solus extendit, perindeque super mare, ac super solidum pavementum vestigia figit. *Hic est, qui caligine, veluti muro circum vallavit. *Hic est, qui lucem a tenebris segregavit, qui astrorum orbem concinnavit, et in ordinem redegit. *Hic est, qui universum aspectabilem hunc mundum in sapientia constituit. *Hic, qui increatis manibus hominem ex luto effinxit, et efformavit. *Hic est, qui cum secundum Dei imaginem olim nos con-*******************

didisset, nunc secundum nostram imaginem, et similitudinem homo fieri voluit, id interim, quod mens de illo concipit, perfectus Deus est, ex Patre perfecto essentiam absolute perfectam sortitus. Qui ante in Dei forma, et Dominus erat, nunc meae reverit formae sese convestivit. At nullam ea re divinae naturae dignitati obscuravit, aut detrimendum attulit, sed meae tantum naturae massam sanctificavit. Totus enim perfectus est supernus, totus perfectus inferne. Idem dignoscitur supernae notus obsequio tempore, et infernae sine semine. Ad superna quod attinet, opifex est, ad inferna vero quod spectat, Dei opus est. Audi Israel: Audite omnes gentes, quem ego sacerdos vester Simeon unius gesto, magnaque voce in hoc templo praedico, et testimonio meo petam commendo, hic Deus, et Dominus est. Quomobrem popule mi, attende ad orationem meam, inclina aurem tuam in verba oris mei. Hic puer est ille, de quo Isaias multo ante praedixerat: Puer, inquit, natus est nobis, et filius datus est nobis, et vocabitur nomen eius magni consilii angelus, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, princeps pacis, pater futuri saeculi. Si igitur puer hic Deus fortis, et praepotens est, omni studio illum excipite. Hic etiam spectabat illud Davidis, Deus Deorum videbitur in Sion. Et illud item Ieremiae, Deus in terris visus est, et inter homines conversatus est. Hic puer populo israelitico mare quondam dissecuit, et Pharaonem submersit, et Israelitis legem dedit, et manna pluit, et Hebraeorum genus ignis columna per desertum deduxit, et petram dirupit, et rubum roscida flamma circum incubuit conservavit. Hic per Moysen quadraginta annos ovium pastorem constituit, et eundem rursus quadraginta annos populo israelitico ducentem praefecit, et quadraginta dies ieiunando corroboravit. Quemadmodum etiam ipse puer baptismo iam initiatus, quadraginta diebus ieiunium exantlati, et post quadraginta dies a resurrectione sua ex mortuis in supernam Ierusalem ascendit, et post quadraginta tandem dies ab ortu eius ex matre virgine in terrestrem Ierusalem ingressus est. De hoc puero didum ante propheta Habacuch praenunciavit dicens: Deus ex Theman, hoc est, ex Austro venit, Nam Bethleem, ex qua Iesus in Sion egressus est, ad australem Ierosolymaram partem posita est. De quo puero Moyses his verbis nobis contestatus est: Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus ex fratribus vestris. Quicumque prophetam hunc non audierit, exterminabitur ex terra eiventium. Hunc puerum ardentibus votis videre exoptabat propheta David, Qui, ait, sedes super cherubim, appare; excelsa potentiam tuam ad solvendum nos; et alio loco: Cito anticipet nos misericordiae tuae. Rursus: Inclina Domine coelos, et descende. Et alibi: Tu Domine Deus virtutum attende, ut visites omnes gentes. Eapropter beneficium agnoscite gentes, manumque date. Videte Iudaei, et credite: hunc enim puerum decantant, summoque laudum praeconio extollunt angeli, adorant archangeli, hunc tremunt potestates, hunc gloria efferunt virtutes, hunc servant cherubim, hunc Deum praedicant seraphim, et hunc obsequium praestat sol, hunc cultum, et ministerium de-

fert luna, hunc parent elementa, hunc subduntur fontes, hunc puerum inferorum portae conspicuae disfectae dissiderunt, huius pueri conspectu coelorum aditus patefacti sunt, hic puer mortem eracavit, diabolum debellavit, maledictionem solvit, tristitia fructus sedavit, serpentem contrivit, infestum peccatorum chirographum dirupit, peccatum calcavit, errorem dissipavit, prolapsam creaturam instauravit; haec sanctus Cyrillus.

Audiamus nunc magnum Patrem Guericum sancti Bernardi discipulum, qui in persona Simeonis in hunc modum loquitur (de Pur. ser. 2): *Confitebor tibi, quoniam excaudisti me, quodammodo cum lacrymis dicentem: quando consolaberis me? Excaudisti me, et nunc demum Simeonem, id est, excaudatum fecisti me, quia factus est mihi in salutem. Iesu mihi factus es semine David secundum carnem, qui David, et omnia fecisti secundum desiderium, omnibus quidem generaliter factus es in salutem, sed mihi specialiter factus es in salutem, peccatus moribundum perungens, vitileneque resuscitans calorem, animam refocillans, et oculos illuminans: deficit enim anima mea in salutem tuam, o Domine Pater Domini mei Iesu Christi, defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes: Quando consolaberis me? factus eram, sicut uter in pruna, frigidus corpore, aridus corde, spiritu marcidus, et totus desiderio languidus. Sed quia in verbum tuae promissionis supersperavi, non visurum scilicet me mortem, nisi viderem Christum tuum, quod speravi, iam video, quod desideravi, teneo, quod concupiebam complector. Video Deum Salvatorem meum in carne mea, et saluta facta est anima mea. Viderunt oculi mei salutare Dei, et illuminati interioris oculi mei, qui languebant prae inopia, omnino ad tactum huius pueri novi renovata est, ut aquilae, iuventus mea.*

Ceterum ut haec Simeonis susceptionem, qua Christum Dominum unius suis gestavit, ad nostram doctrinam, et instructionem convertamus, non est observatio indignum, a qua torum personis in sacro Lucae evangelio insinuari Christum Dominum fuisse portatum a Maria, a Ioseph, ab Anna, et a Simone. Mystice enim a totidem portatur Christus Dominus. Primo portatur a Maria, quod mare amaranum significat, hoc est, ab illis, qui amaritudine poenitentiae peccata sua deflent. Quomodo d. Paulus Christum Dominum portasse fateretur (Gal. 6): *Ego enim stigmata Domini mei Iesu in corpore meo porto: et (1. Cor. 15): Sicut portavi in imaginem terreni, id est, culpam, sic portemus imaginem coelestis, id est, afflictionem, et dolorem. Secundo portatur a Ioseph, qui augmentum interpretatur, hoc est, ab his qui in virtute continuo proficiunt (Ps. 83): *Fiant de virtute in virtutem, agnoscetes, quod in via diviti famulatus non progredi, retrogredi est. Tertio portatur ab Anna, quae nitor gratiae, seu mundities interpretatur, hoc est, ab his qui mentis, et corporis puritate semper custodire satagunt, de quibus Paulus (1. Cor. 6): *Glorificate, et portate Deum in corpore vestro. Quarto portatur a Simone, hoc est ab his, qui illum aemulantes in longanimitate***

tate, et perseverantia, sicut ille, eum expectant. Istorum certe expectatio non frustratur, ut expectatus est David (Psal. 39): *Expectans expectati Dominum, et intendit mihi.* Expectus etiam fuit sanctus hic senex, qui expectanti impletum fuit illud (Psal. 90): *Longitudine dierum replebo eum, et ostendam illi salutarem meum.* Ipse enim hodieca die dixit (Luca 2): *Viderunt oculi mei salutarem tuum.* Super quae verba haec praecelara antiquissimus Origenes scripsit (hom. 2. de Purif. b. Virg.): *Quid ei profuit, ut videret Christum? utrum hoc tantum in promissione habuit, ut videret illum, et nihilque ex visu eius consequeretur utilitatis? an latet atque donum dignum Deo, quod b. Simeon et meruit, et accepit? Embriam vestimentis Iesu multo tetigit, et sanata est: si illa est: Ister namque partem vestimenti tantum emolumentum habuit, quod putandum est de Simeone? qui in suas ubinas accepit infantem, et brachis tenens tractabatur, atque gaudebat videns parvulum a se gestari, qui ad victos venerat resoldendos, sequi ipsum nodis corporis liberandum, scilicet neminem posse de claustris corporis quempiam emittere cum spe futurae vitae, nisi eum, quem in brachiis continebat. Unde ad eum loquitur: Nunc dimittis, Domine, servum tuum in pace; haec enim Origenes: Cui non possum non adiungere egregia verba eximii doctoris Petri Blesensis (ser. 1. in Purif. Virg.), ubi hac meditatione suam ad Simeonem dirigit apostrophem: *O senex fidelis, cuius laus in evangelio, cuius senectus in misericordia verbi, cum unicum portes, qui portat omnia verbo virtutis, operi nobis, quam suaverit insinuat se visceribus tuis, quom delectabiliter infundebat se animae tuae, summeque spiritum pectori tuo infusabat ille, quem tu gestabas in ulnis. Nonne portat Simeon respondere, et dicere? accepit responsum a Spiritu sancto, non visurum mortem, donec viderem Christum Dominum. Diu expectaveram, iam defecerat oculi mei in eloquium tuum dicentis, quando consolaberis me? factus eram sicut uter in pruina, frigidus, aridus, narcidus, et despectus; sed tandem minor facti Domine verbi tui sermo tuo, in quo mihi spem dedisti, iam in carne mea video Dominum Salvatore meum, nec solum video, sed teneto, et amplector; haec Blesensis. Sed, ut asolet, insignis Pater Guericus (ser. 1. de Purif.), ubi praesepit illis verbis: *Deus noster ignis consumens est, haec erudite scripsit: Huius ignis vium Simeon non ignorabat, qui in sinu suo eum portare gaudebat, pectusque senile foetu illius calefaciebat, quam salubrius, et suavis ignis iste semen nostrum calefacit, quam regem David Absag sunamitis? hic ignis idem fuit, sapientia scilicet, cuius amplexu non solum calefaciunt frigidi, sed etiam reviviscunt mortui. Amplectere igitur, o senex beate, sapientiam Dei, et recalescant, atque recanescent quasi de novo sensus tui. Astringe uteribus tuis misericordiam Dei, et erit senectus tua in misericordia uberi; inter ubera, inquit, mea comorabitur etiam, cum reddam illam matri suae, manebit apud me, et cum inter materna ubera continebitur, nihilominus inter ubera mea comorabitur, et ubera quoque mea inebriabit mi-***

*sericordia uberi, etsi non quantum ubera Martris.* Existimo autem eo praecipue nomine b. Simeonem magnum gaudium percepisse, cum Christum Dominum vidit, quod non ignorabat omnes alios ab illo insufficientes fuisse ad placandam iram, ut humano generi reconciliaretur. Ad id enim significandum David dixit (Ps. 48): *Non dabit Deo placationem suam, et pretium redemptionis animae suae.* Adveniente vero Christo Domino ex divinis oraculis agnoscebat infiniti valoris sacrificium oblatum fide aeterno Patri; matulium quidem in templo, vespertinum vero in monte Calvario. Tunc ergo ingenti gaudio perfusus, fortasse similia verba promebat, quae dixit Ambrosius (super eundem loc.): *Quae maior hostia? quod praestantius sacrificium? qui melior advocatus? quam qui pro peccatis omnium factus est deprecator, et animam suam dedit pro nobis in redemptionem?*

Ad extremum, aliud salutare valde documentum ex susceptione Christi in ulnis Simeonis decerpere possumus; nimirum, quod sicut ille non solum Christum Dominum oculis suis vidit, sed manibus suis suscepit; ita nos oportet haec duo coniungere, ut Iesum videamus per fidem, iuxta illud divi Pauli (1. Cor. 13): *Videmus nunc per speculum in aenigmate, sanctisque pariter operibus illum amplectemur, et teneamus.* Nemo quidem vestrum ignorat d. Iacobum (c. 2) dixisse: *Sicut corpus sine spiritu mortuum est, sic fides sine operibus mortua est.* Unde cum duplex sit fides, viva scilicet, et mortua, discernitur quidem una ab altera per motum, et energiam operandi: omne enim, quod vivit, motum aliquem habet, quo caret, quod mortuum est. Hinc ad imitationem vivientium quae vivae appellantur, quae et moventur, et movent; mortuae vero immotae iacent, quales palustres, et lacuinae sunt. Ad hunc ergo modum vivacitate sua exstimulat, quam Apostolus per charitatem operari ait. Hoc ergo iudicio comicere poteris qualem fidem habeas. Sicut enim vita animalis, ita fidei vita ex motu, et operatione cognoscitur. Deinde pulchritudo, et veluti harmonia vitae christianae in eo sita est, ut mores, et vita cum fide consentiant; e contra vero magna deformitas ad dissonantiam, quando opera non consonant fidei; hoc est, quando vox est Iacob, manus autem sunt Esau. Huius deformitatis imaginem legati illi Davidis exhibuerunt, quos rex filiorum Amon media barba rasa, vestibusque ad nates usque abscessis turpiter deformata a se dimisit. Vestis enim nuptialis, quae piorum ornamentum est, ex fide simul, et operibus contextitur; at cum fides adest, et operibus desunt, quasi media tantum vestis tegenda animae nostrae relinquatur, altera parte nudata. Narrat sacra Scriptura, quod servus Abrahae suspendit in aureas ad ornandum Rebecca sponsae domini sui faciem, et armillas posuit in manibus eius, in aureas ad fidem, quae ex auditu est, armillae vero, quae manus ornant, ad opera referuntur, ut intelligamus animae ornatum, et pulchritudinem non fide sola, sed fide, et operibus contineri. Quod

illos praecipue damnat, qui sibi de sola fide sine operum atestatione blandiuntur: fidei ergo opera iungenda sunt, ut nobis salutem afferat. In cuius rei typum Pharaon esurientem et elamantem populum ad Ioseph remisit, quem rei frumentariae praeposuerat, et salvalorem mundi appellaverat. Remittit autem his verbis: *Ita ad Ioseph, et quicquid dixerit vobis Christum per fidem ire, nisi quod is praeeperit, effeceris: is enim factus est omnibus non solum credentibus, sed etiam obedientibus sibi causa salutis aeternae.*

Unde illud sane inquisitione dignum est in hoc genere argumenti, quomodo christiani catholicae fidei veritatibus assentientes, tanquam pagani vivant.

Arbitror quidem illud in causa esse, quod in hac re id contingit, quod in consiliis saepe fieri videmus, ut maior pars tametsi vincat meliorem. Multorum enim stultorum suffragia sepe unius rectissimo consilio anteferunt: fides quidem rectissime consult, quae ad superna, et spiritualia nos vocat, vocat tamen non voluntatem impellendo, sed solum vera bona et indicando. Ad contra fidei declamatae carnis militia ardentis pugnat, quae cum omnibus affectibus, et scribitur ad corporalia, et terrena animam impellit; oculi enim appetunt pulchra, nares odoriferas, gustus suavia, tactus mollia; quod vero appetitis ipse? quod affectus omnes? quid amor sui, nisi terrena, et voluntaria concupiscant? Itaque maior pars vincit meliorem. Ideo conqueritur Propheta (Psal. 55): *Miserere mei Deus, quoniam concitavit me homo tota die, videlicet, exterior; ac deinde quem tuum dixerat, multos appellat: Quoniam multi, inquit, bellantes adversum me: unus enim hic exterior homo multos habet satellites, qui agmine facto, spiritum impugnant, et multitudine, non ratione armati mentem ab honesto deducunt. Oportet igitur ad hoc malum propulsandum sollicitam curam adhibere, ne torpescat fides, sed bonis operibus foveatur: nam sicut equus si diu torpeat in stabulo, ipsa deambulandi, vel currenti desuetudine, ad quod natus est, frequenter redditur inutilis, et mancus; sic fides, quae ad bene operandum data est, si otiosa diu maneat, frequenter interire solet, dum facile homo pravis moribus assuetus in haeresim labitur per quam fides amittitur. Hinc Dominus (Matth. 3): *Qui habet, dabitur ei, et abundabit; ab eo autem qui non habet, et quod videtur habere, auferetur ab eo: id cerle fit, dum homo, otiosam detinens fidem, insulo Dei iudicio in haeresim labi permittitur.* Unde d. Paulus (1. ad Timoth. 1.) dixit: *Posside fidem, et bonam conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragaverunt.* Itaque bona conscientia fidei custos est, mala vero perniciem fidei molitur. Propter hoc ergo daemona ad peccata semper instigat, ut fidem tandem si poterit, evertat: eius enim illa vox est (Psal. 30): *Excitant, excitante usque ad fundamentum in ea: fides enim totius christianae vitae fundamentum est.**

Haec vero ruina, quae maxima est, his verbis ab Isaia (c. 30) describitur: *Et comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione per-*

*tur sicut conteritur lagena figuli contritione per-*  
*tur: et non invenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquae de fovea.* Hanc ruinaem sustinuit impius Lutherus, abstulit castitatem, ieiunium, orationem, sacramentorum usum, sequutus est superbiam, ambitionem, et libidinem, ac pene innumeris sceleribus inquinatus, tandem fidem a se longe repellens impius haereticus, immo et toti Ecclesiae infestissimus haeresiarca prodijt: *Circa fidem naufragaverunt.* Utitur Paulus in his verbis metaphoram navigantium, qui quando, ut oportet, rationem gubernaculi habent, et navis clavus sanus est, remedium eis superest gravi urgente tempestate, si anchoras in mare mittens, et navim exonerent, tamen perditio, et amisso gubernaculo, nulla vel exigua salus spes manet: ita, qui multiplici virtutum speculiculis suot exornati, quamvis aliquotum nunc in tempestantia, in castitate, in patientia deficiant, et graviter offendant, adhuc ad salutem recuperandam facilis patet aditus, tamen amissa fide, nova vitiorum tempestate exortitur, quae navigantes in profundo maris submergit. Permissis mihi videtur hi meretricibus, nam sicut isli licet hoc, vel illo anno nihil lucri recipiant, tamen dum non amittunt fidem, erga eos, cum quibus negotiantur, spem habent praeritum lactatam resarciendi; si tamen illam contingit amittere, omnino corrumpit, quia merces, et pecuniae deficiant, quibus negotiantur sibi erat; ita similiter qui in multa peccata prolabantur, integrum conservantes fidem, facilius divinam gratiam recuperant. Ad si fides in eis corrumpat, quae spiritualis aedificii fundamentum esse noscitur, nihil prorsus illis restat, quo ad supernaturalia bona lucranda illuminentur, et moveantur: unde difficilissima redditur eorum salus.

Verum quamvis spiritualis animi iactura quandoque eo perveniat, ut fides amittatur, tamen cum Apostolus dicat: *Quod licet haberet tantam fidem, ut montes ex una parte ad aliam transferret, nihil est, consequens fit absque charitate, et operibus fidem nihil esse, hoc est, nihil prorsus momenti per se solum ad promerendam vitam aeternam.* Unde in illis in quibus fides est quasi obliterata, et nitore, atque splendore charitatis carens, permittis mihi videtur quibusdam imaginibus, quae vetustate, et fumo ita obscuratae, et inveteratae sunt, ut vix dignosci possint, cuiusnam Divorum imaginem referant. Qui igitur talem fidem habent, ita fere credunt, ut quamvis aliquotum vere credant, non tam credere, quam somnare videntur. In quos merito ilud Iobianum quadrat (Iob 28): *Perditio, et mors dixerunt, curibus nostris audicimus famam eius.* Ita enim quae fides docet de severitate divini iudicii, ac de aeternitate poenae, audit, ac si nuntia forent de terra longinqua quae ad eorum salutem minime spectarent. Licet enim inditum sit a natura humanae menti lumen, quod bona a malis discernatur, pravitatem tamen vitae ita plerumque obscurat, ut in quibusdam pene extinctum esse appareat.

Atque ita nihil certe mirum si fidei supernaturalis lumen, quod totam naturae facultatem transcendit, diurna peccandi consuetudine ita obnubilaret, ut exiguo infidelitatis vento sufflante prorsus corrumpat. Quid plura? Profecto ignea illa columna multis fulgoribus coruscans, licet filios Israel educeret ex Aegypto, et per desertum eos comitaretur, tamen in terram promissionis eosdem non introduxit, sed oportuit, ut filii Israel contra gentes, quae illum possidebant, armis pugnarent; ita fides catholica instar ipsius igneae columnae ex infidelitate Aegypti, ac deusisimae ignorantiae tenebris te-duxit, et per desertum huius mundi molli splendore praelucens, tanquam fulgentissima fax illuminans anteit; illa tamen sola non est sufficiens in supernam promissae felicitatis patriam te introducere: unde ad id opus est contra spirituales hostes ingressum illius praecedentes acriter dimicare (Math. 7.): *Quia regnum caelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud*, ut cum illo conregnent, qui cum Patre, et Spiritu vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA XV.

*Integrum Canticum Simeonis, Nunc dimittis servum tuum, interpretatur, multiplici sanctorum Patrum eruditione, variisque animi conceptionibus illud loquuntur.*

Tot referta mysteriis, ac tam absconditis sacramentis graviora huius Cantici verba reperio, ut paucis ab eorum expositione minime me expedire valeam. Antequam tamen ad mystica eius arcana reseranda accedam, literalem eorum sensum apponam, praemittam tamen ad id egregia verba Eusebii (*hom. in die purific.*) dicentis: *Occurrit senex, brachia extendit, et parentibus ait: Mihi cum date, mihi debetur, mei officii est, ad hoc missus sum, huic obsequio reseratus sum. Deinde lactus et exultans, accipit eum in ulnas suas: mox senectus fugit, et iuvenilis vigor affuit, et fortitudo. Qui prius se ipsum ferre vix poterat, nunc leviter puerum ferens exultat. Eleganter igitur dictum est: senex puerum portabat, puer autem senem gerebat, quem virgo peperit, et post partum virgo permansit; ipsi sum quem genuit adoravit. Accepit igitur infante in ulnis, id quod sibi divinitus promissum fuerat, alta mente perpendens, Deum benedixit, et post benedictionem in ea verba prorupit, *Nunc dimittis servum tuum Domine*: licet enim quidam Interpretes existimant, non aliter benedixisse, quam profereudo verba huius cantici, falluntur tamen: tum quia licet id verosimile esset, si Evangelista dixisset: *benedixit dicens, Nunc dimittis* etc. tamen cum assumeret benedixisse, et dixisse, diversa sine dubio per haec voluit significare: tum quia in rigore, theologie loquendo, illud interest discrimen inter *gratias agere, et benedicere*, quod tum dicimus gratias agere, cum in beneficiis accepit recognitionem verba aliqua pronuntiamus, vel*

dona aliqua offerimus; tunc autem benedicimus Deum, quando bona ei precamur, non quidem ad intrinsicam eius perfectionem conferendam, sed ad extrinsecam eius honorem spectantia, ut cum desideramus ad omnibus cognosci, diligi, exaltari, et laudari. Prius ergo hoc modo Simeon benedixit Deum, quia humanam carnem induerat, ut adnotatur Irenaeus (*lib. 3. c. 18*), et Euthymius (*in c. 2. Lucae*), deinde post benedictionem subiunxit canticum: *Nunc dimittis*, pro singulari beneficio sibi concessio, ut videret Christum Domini, et manibus suis illum conrectaret. Fuit etenim apud antiquos Patres in more positum, ut cum magna aliqua beneficia acciperent, continuo in gratiarum actionem varia cantica modularentur: sic Moyses, et Aaron quando profecti fuerant ab Aegypto, et Aegyptios mortuos, et in mari rubro suffocatos atque submersos viderunt, Psalmum protulerant dicentes: *Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est, etc.* sic etiam cecinit Debora propheta: *Non accepim victoriam contra Sisaram principem exercitus regis Iabin dicens (Jud. 5): Qui sponte obtulisti animas vestras: sic Anna mater Samuelis (1. Reg. 2): Exultavit cor meum in Domino: sic Eschias rex Israel propter acceptum beneficium de vitae longitudine; et Tobias propter donum de adepto visu oculorum (Tob. 13): *Magnus es Domine in aeternum, et in omnia saecula: sic etiam Judith truncato Holofernis capite, et parta victoria, et pueri in fornace Babylonis. Denique ut concludam, cum Moyses vidisset terram promissionis, et cognovisset cito moriturum, exultans in spiritu dixit (Deut. 32): *Audite caeli, quae loquor; aural terra verbum oris mei. Non dissimiliter sanctus hie senex, velut alter Moyses, videns non quidem terram promissionis, sed promissae supernae patriae largiorem, Verbum scilicet divinum, humana carne indutum, ex divinaque revelatione praecisus confestim moriturum, in gratiarum actionem canticum illud intonuit (Luc. 2): *Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Sicut enim cyrenus adeo dulcis concensus cupidus est, ut concinentibus citharaedis, eius pulli ad illos evolent, et una cum illis suaviter modulerent, ut auctor est d. Isidorus (lib. Etymol.)*, quanto tamen morti vicinior, tanto dulciore ac suavivorem eructat cantum, ut tradunt Socrates apud Platonem, id referente Pierio (*lib. 23*), et Berchorius (*in Reluct. moral. verbo Cyrenus*), unde Martialis (*lib. 13*) cecinit:***

Dulcia desecta modulatur carmina lingua  
Cantator Cyrenus ferneris ipse suis:

neq non etiam Ovidius, dum ait:

Sic ubi fata vocant, ulis abiectis in nadis  
Ad vada Menandri conceit albus odor.

Cui accedit quod Pierius Valerianus (*lib. 23. §. de Cyeno*) tradit, Aegyptios consuevisse, cum musicum senem sepeliebant, effigiem cyreni sepulcro eius superponere; ita nunc sanctus Simeon, morti iam iam proximus, velut

alter Cyrenus venerabilis canitici candore albus, suavius quam nunquam, in dulcem illum melodiam prorupit (*Lucae 2*): *Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: unde merito sibi usurpare posset illud cuiusdam curiosi emblematis: Deficiens magis misa sui. Id proprium est homini iusto, ut cum deficit, hoc est, cum ex hac vita discedit, suavius instar cyreni cantet; sicut e contra, proprium est iniusti et peccatoris, ut proximus morti lugubrem, et insuavem cantum instar Syrenae emittat. Eam autem philosophi naturales huius diversitatis rationem exhibent, quod cum imminente morte timor vigeat, sanguis ad cor fovendum praesto accurrit; et cum cyreni sanguis sit bonus et generosus, ita dilatat et exhilarat eius cor, ut dulcem illum concentum emittat: sanguis vero Syrenae cum corruptus sit, et venenosus spiritibus infectus, ad praecordia accedens, magis illum contristat, ita ut prae nimio dolore insuavem, immo et horribilem cantum exprimat.*

Quo non obscure monemur, illud versari disserimem inter iustos et peccatores, quod illis, naturalis mortis timore perterritis, cum sanus ac generosus sanguis bonorum operum ad fovendum eorum cor accedit, tanta laetitia pervenit, ut instar cyreni dulcissimos divinae laudis cantus modulerent; e contra vero peccatores, morti proximi, eius pavore tremefacti, infecto ac corrupto scelerum sanguine ad cor accedente, prae angustia, et maerore instar Syrenae, lugubres cantus ac inutiles gemitus instar Saulis effundunt. Unde ubi nostra Vulgata (*Psal. 43*) legit, *humiliasti nos in loco afflictionis, et cooperuit nos umbra mortis*, s. Ambrosius huic argumento accommodatus verit: *quoniam humiliasti nos in loco Syrenum: harum enim proprium est, in vita dulciter cantare, in morte vero amare plangere, ac misere interire. Quod item perditis hominibus frequenter conlingit: nam morte appropinquante ad cor libidinosi hominis sanguis accedit putridus lascivorum operum; ad cor fraudulenti mercatoris sanguis pauperis, quem suxit; ad cor iniqui iudicis sanguis iniustae sententiae cum odio, vel amore protulit, qui compellit eos debitas solvere poenas. Cum enim illi omnes voluptatibus dediti dulciter instar Syrenum cecinerint; consequens est ut instar earundem misere intereat, Davide dicente (*Psalm. 139*): *Vtrum intusum mala capient in interitu. Cum igitur sanctus Simeon iustus esset, ut ait Evangelista, et homo iste erat iustus, et timoratus, hinc est quod instar cyreni, generoso sanguine pleni, dulciter in coronide vitae cecinerit dicens (Luc. 2): *Nunc dimittis servum tuum Domine. Scio alios diversas alias rationes exhibere, ob quas cyrenus morti vicinus dulciter moduleret: nam Pierius (lib. 23) ex quorundam sententia, eam reddidit, quod senio confectus, argutioribus ob gutturis exillitatem organis affectus vocaliorem ac suavivorem emittat vocem. Sed et ut iam satis Simeoni consentaneum est, qui vitae sanctitate inveteratus, et extenuata per illius austeritatem carne, arclamque vivendi viam ingressus, dulcius divinae laudis modulus concinebat, dicens, *nunc dimittis****

CARTHAGENA de B. M. V. — Vol. II.

*tis servum tuum Domine. D. vero Isidorus illam assert rationem, quod quia cyrenus habet collum longum et reflexum, et caput altum et elevatum, idcirco modulum suavem reddidit. Sed et id salis utique convenit Simeoni, qui corde et intentione in Deum elevata, ac animi longanimitate praeditus, et in se reflectens, videns iam possidere, quod ardentem antea desideraverat, in divinae laudis et gratiarum actionis canticum prorupit: *Cantabo Domino in vita mea, psallam Deo meo, quamdiu vivo.**

Quod si deinde Lucretius morte post pervulgatam tangit opinionem asserentium cyrenum imminenti mortis dolore oppressum ac vehementer cruciatum lugubrem vocem attollere; id etiam aperte in Simeone quadral, dum lacrymandam Christi mortem in memoriam revocans, lugubrem illam vocem emisit (*Luc. 2*): *Ecco posita est hic in signum, cui contradicetur, et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Ad haec Marcus Tullius (in Tuscul. diast.) cyrenus tradit non sine causa Apollini quicquid esse, quod ab eo divinationem habere videantur, qui quasi praevidentes quid boni in morte sit, cum cantu et voluptate moriantur; id etiam in Simeone non desideratur, qui probe agnosens bonum pacis in morte latens, propheticè cecinit suavi voce (*Luc. 2*): *Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Mihi saepe videtur sanctus Simeon in hoc facto insani summi sacerdotis Christum infantulum tanquam rationale peccati suo admoveere: sicut enim, teste d. Athanasio Synaita, illud erat preiosissimum adamus, quem sacerdos summas iuxta pectus pendente portabat, in quo sacerdos permulla vaticinari solebat; sic sanctus Simeon habens ex collo suo pendente, et pectori suo admodum Iesum, divinum adamantem, qui proprio suo sanguine elaborandus erat, mortem eius tanquam verus vates praedixit: *Positus est hic in ruinam, et resurrectionem multorum. Tandem quomodocumque, ut petrus Berchorius et Ambrosio, et aliis refert, quando natae maris fluctibus oppressi cyreni sibi appropinquantes vident, mirum in modum consolantur, diutius non opprimentes confidentes: non dissimiliter sancti illi Patres, qui lymbi arguendo erant delenti, Salvatoris adventus conscii facti a Simeone, ex hac vita post visum Christum Dominum ad eos migrante, magnam susceperunt consolationem.***

Sed profundius adhuc verba quae Simeon locutus est, contemplerur: *Nunc dimittis servum tuum Domine. Mirabile quidem est, quod cum sanctus senex polius desiderare deberet, superstitem esse, et diutius vivere, ut Christi praesentia frueretur, tunc ardentem obire cupiat. Certe sponsae longe alia erant desideria, cum dicebat: *Osculetur me osculo oris sui: non ignara quidem, quod respiratio vivifica oris illius velut olim in Adam, vitam esset ei infusura, ut ait Moyses: *Inspiravit in faciem eius spiraculum vitae. Legimus etiam Elisaeum coaplasse, et commensurasse corpus suum corpori pueri mortui, ut ad vitam eundem revocaret; at nunc e contra accidit, cum Simeon viso infantulo Iesu, nondum bimestri, postulat ut vitam ei auferat. De David sacra narrat hi-***

storia, quod cum prae senectute frigeret, et algeret, quaesivit sibi Sinamitem virginem, et iuvenalem, ut eius incalereset calore; at Simeon prae nimia senectute algens et frigus velut nix, cum aliquin Christi calore qui ignis erat, et ignem in terram missum veniebat, facile incalerescere possed, a Christo vitam exoptans, discedere enixe flagitabat, id certe non solum admirationem, sed et stuporem parit. Accedit quod Ezechias imminente morte, vitae productionem seu prolongationem postulavit; sanctus autem hic Simeon brevilitatem eius exposcit. Propter haec canticum hoc Simeonis rarum adeo, ac novum esse iudico, ut non immerito possit ille davidica verba sibi usurpare (Ps. 59): *Inmisit in os meum canticum novum, carmen Deo nostro.* Tamen si rem altius perpendamus, prudenter admodum Simeonem se gessisse facile delegemus; ut enim ait Ecclesiasticus (Eccles. 2): *Oculi sapientis in capite eius, oculi stulti in pedibus eius:* si quidem in vertice capitis oculos haberet, semper coelum respiceret; si autem in pedibus, terram intueri oporteret. Stulti quidem, quia oculos habent in pedibus, terram prospiciunt, terrenis afficiuntur; Simeon tanquam prudens, et sapiens senex, cum oculos haberet in vertice capitis, hoc est in superiori portione animae, coelum prospiciebat, quod cum antea clausum et obscuratum esset, et iam ad Christi adventum aperiendum, et reserandum esse praesentem, prae nimio gaudio dixit, quasi qui in manibus clavem habebat, Christus namque *clavis David* appellatur: Non taedet me mori, cum ingressus in caelestem patriam non diu iam differendus sit; idque significant illa verba (Luc. 2): *Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace.* Verum oportet ut latius explicemus, quid sibi velit Simeon; cum postulabat in pace dimitti. Certe pax epilogus quidam est omnium bonorum, ac origo totius felicitatis, et prosperitatis; unde ubi nostra Vulgata legit illa interrogatoria Davidis verba, *quam recte egerit Iob, et populus, et quomodo administraretur bellum?* Originale hebraeum habet: *Rogavit de pace Iob, de pace populi, et de pace belli.* Mirabile certe est, quod pugnante Iob duce exercitus, ac militibus eius acriter dimicantibus, necnon crenato bello ingruente, David interroget de pace illius: Nunquid in fervore belli pax esse solet? Equidem cum David divino spiritu afflatus idem prorsus iudicaret esse pacem, et prosperitatem seu felicitatem, perinde putavit esse percentari de pace Iob, ac de prosperitate qua res bellica sibi contingeret. Atque hinc est, quod quando rex Pharao somnium habuit, cuius expositionem nosse desiderabat, Ioseph ut illud interpretaretur, ab eo rogatus hoc responsum dedit, iuxta nostram Vulgatam: *Aloque me respondebit pacem:* ecce in Dei vocabulario idem pollet pax, quod prosperitas. Unde cum Christus Dominus dicebat discipulis suis, *Pax vobis*, perinde erat, ac si dixisset, cuncta vobis in utilitatem animae prospere contingant. Hinc etiam est illud Ieremiae (c. 8): *Expectatis pacem, et non erat bonum:* non dixit quidem expectasse pacem; et non

venisse illam, licet alioquin alia bona multa venissent, quia revera deficiente pace nullum bonum subsistere posse iudicabat. Postulans igitur sanctus Simeon in pace dimitti, postulabat quidem prospera omnia in fine vitae sibi contingere, quia pax omnia bona, omnem prosperitatem et felicitatem semper affert. Et sicut e contra, bellum sentina est omnia mala scaturiens, ut non obscure indicat illud quod contigit Davidi, quem cum Deus plectere voluisset, propterea quod populi Israelis fortiores milles numerasset. Propheta ex parte Dei illi dixit (2. Reg. 24): *Trium tibi datur optio: elige unum quod volueris ex his, ut faciam tibi: Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua; aut tribus mensibus fugies adversarios tuos, et illi te persequentur; aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua:* ipse quidem maluit grassantem pestem, quam hostile bellum admittere, ut iudicans quidem tanquam strenuissimus miles ac in re militari apprime versatus, bellum tantorum malorum fontem, et originem esse, ut in comparatione infestissimae pestis haec nociva minus quam illud sibi videretur.

Ceterum ut proposita verba magis adhuc enucleemus, inquirere oportet quodnam bellum erat illud, quod sanctum hunc senem ita vexabat, ut a desiderata pace perfructu illum praepediret? Arbitror bellum hoc fuisse pugnam, quam orationibus suis ac suspiriis tanquam lucidissimis armis cum Deo gerebat, ad hoc ut ardentissimum eius desiderium expleret: etenim contentio cum Deo paci et quieti obstat, Iob (c. 39) dicente: *Nunquid qui contendit cum Deo, tam facile conquiescet?* De huius pugnae genere erat illud Moysis, cum dicebat (Exod. 4): *Obsecro Domine: mitte quem misurus es.* Simile erat Tobiae (Tob. 5): *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, et lumen caeli non video?* hoc est Christum, lumen ad revelationem gentium a Simeone vocabatur, quando aiebat (c. 62): *Propter Sion non tacebo, et propter Ierusalem non quiescam, donec egrediarur ut splendor iustus eius:* David etiam non dissimiliter cum Deo pugnat dicens (Ps. 131): *Si dederit somnum oculis meis, etc. et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino.* Hanc tantorum Patrum luctam usque ad sanctum senem Simeonem egregie adumbravit pugna illa Iacob, cum angelo ei dicente (Genes. 32): *Dimittite me: iam enim ascendit aurora. Et respondit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Et benedixit ei in eodem loco. Et dixit Iacob: Viati Dominum facie ad faciem, et salva facta est anima mea. Ipse vero claudicabat pede:* Iacob qui per totam noctem cum angelo pugnavit, Simeonem praesagiat, posternum sanctorum veteris legis, quae tota fuit nox et umbra: hic cum Filio Dei orationibus, et suspiriis luctabatur, ut faciem eius videret: Angelus qui cum Iacob luctabatur, Christum Dominum representat: sic enim vocavit illum (Malach. 2): *Veniet ad templum sanctum suum Dominator quem vos quaeritis, et Angelus testamenti quem vos vultis.* Duravit haec lucta, donec appropinquavit au-

tora, haec est, quousque venit beatissima Virgo instar aurorae Solem iustitiae deferentis; tunc autem hic Iacob vidit Dominum facie ad faciem, cum dixit (Luc. 2): *Viderunt oculi mei salutarem tuum.* Quis vero in dubium verat nosstrum Iacobum, sanctum scilicet Simeonem, Christo novi testamenti Angelo dixisse: *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi?* unde sicut sacer textus ait, et benedixit ei in eodem loco; sic sanctus hic Simeon caelestium charismatum benedictione a Christo Domino fuit benedictus, iuxta illud (Eccel. 1): *Timentis Dominum bene erit in extremis, et in die defunctionis suae benedicetur.* Ac tandem, sicut Iacob accepta angeli benedictione claudicabat pede, sic mysticus hic Iacob, suscepta Christi benedictione, terreni amoris pede magis claudicare coepit, ac mundi caduca instantius respicere; et ideo quasi alter Paulus dissolvi cupiens, et esse cum Christo dicebat (Luc. 2): *Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace.* Merito certe in pace dimitti postulabat, qui haecenus per importunas preces bellum cum Deo gerens vixerat. Merito in pace dimitti rogat, qui, ut ait Ambrosius (lib. 2. de bono mortis), *non tam voluntate quam necessitate in hac vita tenebatur.* Merito denique dimitti desiderat, qui corporis vinculis ligatus erat: in graeco enim idem est dimitti, quod absolvi; unde Timotheus (or. de ecc. Dom.) in persona Simeonis ait: *Nunc absolvet, ne hic retinear;* et d. Ambrosius (lib. 2. de bono mort. c. 2) id ipsum explicans ait: *Dimitti potest quasi a vinculis quibusdam ad libertatem festinaret: sunt enim velut vincula quaedam huius corporis, et quod est gravius, vincula tentationum, quae nos alligant, et ad iniuriam captivitatis astringunt quadam lege peccati.* Narrat Tertullianus, moris fuisse antiquitus apud Romanos, ut cum eorum imperatores coronabantur, publicum carcerem ingrederentur quadam loga, vel veste talari induti, a graecis vocata pelagos, quam quolquot vinciti erant, illam tangentes liberi fiebant. Certe praesens haec caduca ac mortalis vita nostra nihil aliud est, quam molestum ergastulum ac fastidiosus carcer, a quo propterea erui postulabat David; nam ubi nostra vulgata legit: *Educ de custodia animam meam,* alia habet versio: *educ de carcere.* Dum igitur summus imperator Christus Dominus, humanae carnis toga indutus, huius saeculi carcerem ingrederetur, confestim Simeon, qui per multos annos in eo fuerat detentus, ad illum accurrens, et manibus suis vestem eius contingens, *accipit eum in ulnas suas,* quasi iuro sibi debitam libertatem ab eo postulabat, *Nunc dimittis, vel ut legit d. Ambrosius, Nunc dimittis servum tuum in pace.* Vel dicamus aliter: *Nunc dimittis servum tuum;* quasi dicat, quis mortem timeas, vitae fontem habens? quis mortis tenebras horreat, lumen ad revelationem gentium portans? quis mortis noctem formidet, lucernam mundi manibus profrensus? ille mortem timeat, qui mortem, idest peccatum mortale, in animo habet; ille mortis horreat tenebras, qui crassissima flagitiorum caligine est oppressus; ille mortis noctem formidet, qui in

nocte scelerum vixit: *Eius est mortem timere,* ait Cyprianus (in lib. de mortal.), *qui ad Christum non illi ire; eius est ad Christum non illi ire, qui se non credit cum Christo regnaturum.* Vel aliter: *Nunc dimittis,* id est, securum reddis, cum iam promissiones complemento perfruar, ad quod tantis viris contendebam. Quantis quaeso, putas, infestis cogitationibus fidem eius concussam fuisse, cum videret intestinis seditiosis, externis etiam bellis totam Israelis rem publicam labefactam, pietatem etiam fere omnem, et religionis cultum pessumdatum, se iam capulo instantem, et sibi solum supersedere sepulchrum? At haec est conditio promissionum Dei, ut non impleantur, nisi prius fides eius, cui factae sunt, exerceatur. Ita probata est fides Abraham, cum mandatum accepit de sacrificando filio, et staret interim illa promissio de multiplicando in Isaac semine. Ita probata est fides Iacob, cum ei quamvis peregrino, et a domo paterna exuli promitteret semen. Proinde in credendis promissionibus Dei id longe a nobis absit, ut propter adversa a fide vel spe delinquamus, immo propterea tanto magis in fide fortiores efficiamur. Non diffidit Simeon, quantumvise senex, quin oculis suis Christum videre putari, priusquam moreretur: non illum fregit propria corporis infirmitas, aut communis reipublicae miseria. Cum primum autem sanctus senex votorum contemplet se videt, ex ista corporis mole, velut e carcere, in libertatem evolare contendit:

Nam quid longa dies nobis, nisi longa dolorum  
Culivies? longi patientia carceris aetas?

Ut scribit Mantuanus in prima Parthenice b. Mariae.

Significavit insuper Simeon per illa verba, quod postquam vidit Christum, fastidio ei e-rant omnia terrena: unde *gustato enim spiritu, desipit omnis caro.* Ideo continuo tibi placent terrena, quia coelestia nunquam gustasti, et nisi illa gustare caeperis, nunquam temporalia tibi insipida erunt. Paulus cum tertium coelum vidisset, iam volebat esse solutus corpore (1. Corinth. 12): *David quoque (Psalm. 119) aiebat: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est; id autem protulit postquam diserit (Psalm. 83): Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum.* Apost. etiam cum dixit (ad Phil. 1) *cupio dissolvi,* continuo subiunxit, et esse cum Christo, alios non cuperet dissolvi. Homicida autem eligi potius in carcere manere, quam solvi, et exire, et ita si audiri reserari osium carceris sui, vehementer cruciatur, quia reliquum est ut suspendatur. Sic impius nondum laborat febri, vel captis dolore, quando vitam cum morte commutaturum se opinatur; unde sicut homicidam poenitet, quod sibi solvantur catenae, quia existimat iudicium esse venturi supplicii; ita sceleratum poenitet propter corporis huius solutionem, quando oppressus infirmitate existimat adesse mortem, et velut homicida aiti: *O meae dulces catenae!* O incudum vincula! o laetus carcer! quis mihi det hic esse, nec vos unquam dimittite? sic quoque improbus ait: *o meae dulcissimae deliciae!* o

suavissima vita! o dilectum et mihi charum corpus, quanta molestia afficiat, ubi te reliquero?

Sed quoniam quaeso est causa, quare vir bonus morte delectatur, impius vero tristatur? eam Salomon ponit in Proverbiis dicens (Prov. 14): *In malitia sua expellitur impius,ustus autem sperat in morte sua*; unde d. Augustinus (tract. 9. in epist. Ioann. 1) illud exponens: *In hoc est perfecta charitas in nobis, ut fiduciam habeamus in die iudicii, tria hominum genera constituit: unum eorum, qui diem iudicii non credunt, ideo nec in eo quidem fiduciam habent; aliorum eorum, qui diem iudicii credere incipiunt, et quia credere incipiunt, incipiunt etiam timere, sed quia fident, nondum habent plenam fiduciam in die iudicii; tertium denique eorum, qui mortificationis membris suis, quae sunt super terram, ut ipse ait, surgenibus coelestibus membris, hoc est, virtutibus, iam incipiunt desiderare quod timebant. Timebant enim ne veniret Christus, et inveniret impius quos damnaret: desiderant iam, ut veniat qui inventurus est, quos coronet: et paulo post: Sunt, inquit, homines, qui cum patientia moriuntur; et sunt quidam perfecti, qui cum patientia vivunt. Quid dixit, qui adhuc desiderat istam vitam. Quando venerit dies mortis? Patienter tolerat mortem: luctatur adversum se, ut sequatur voluntatem Dei, et hoc agit animo, quod elegit Deus potius, quam quod eligit voluntas humana. Ex desiderio vitae praesentis fit lucta cum morte, et adhibet patientiam et fortitudinem, ut aequo animo moriatur. Iste patienter moritur. Qui autem dissoluti desiderat, et esse cum Christo, non patienter moritur, sed patienter vivit, et delectabiliter vivit. Ita Simeonem patienter carnis istius onus tulisse, et delectabiliter mortem appetuisse, ubi Christo perfrui potuit, colligimus, quasi id cum Paulo dicat, *mibi vivere Christus est, et mori lucrum*. Sic enim et Basilium, cum ei Modestus praeses minas intenderet, quam pauci vitam praesentem faceret, suis verbis ostendit, dicens, ut scribit magnus pater divus Gregorius Nazianzenus (in praefatione illa orat. in eund. Basil.): *Mors porro beneficii mihi loco erit: cilius enim me ad Deum transmittet, cui vivo, et munere meo fungor*.*

Ad extremum multiplicem expositionem, quam sancti Patres adhibent ad explicandam hanc quam Simeon postulabat pacem, oportet hic apponamus. Antiquissimus Origenes (hom. 15) intelligit pacem cum Deo, in qua iustus moritur. Euthym. trifarium illam exponit. Primo de pace cogitationum: antequam enim impletum esset oraculum, variae cogitationes Simeonis mentem agitant; eo autem impleto, tranquillitate animi frui coepit. Secundo de pace intrepiditatis: timebat enim mori propter longinquum gynecostolium; at viso iam Christo securus erat non moriturum, absque eo quod vidisset illum facie ad faciem. Tertio de pace gaudii: quasi diceret: deinceps non contrastabor propter liberatum Israelis, quia vidi iam liberatorem. Sauctus autem Cyprianus (lib. de mortal.) pacem interpretatur securitatem, quae est a mundi huius periculis: non enim est lu-

sto securitas, dum in hoc versatur saeculo: verba ipsius sunt: *Probus atque contentus tunc esse sercis Dei pacem, tunc liberam, tunc tranquillam quietem, quando de istis turbantibus mundi extracti, sedis et securitatis aeternae portum petimus; quando caputela hae morte, ad immortalitatem venimus: illa est enim nostra pax, illa stabilis, et firma, et perpetua securitas. Ceterum quid aliud in mundo, quam pugna adversus diabolum quotidie geritur? quam adversus saecula eius, et tela conficiationibus assiduis dimicatur? haec s. Cyprianus. Ac tandem cardinalis Tolletus (super cap. 2. Ioan. annot. 47) docet legitimam interpretationem esse, ut pax sit desiderii complementum, illa ut quando homo moritur, nihil habeat propter quod hoc in saeculo desideret permanere; priusquam autem Simeon vidisset Christum, vivere desiderabat, et inter mortem, et desiderium pugna erat: at viso eo propter quem vitae erat desiderium, nec habens iam quod cum delineret, dicit se in pace dimitti. Cui persimile est illud quod Iacob dixit (Genes. 46), visio Ioseph: *Luctus moriar, quia vidi faciem tuam, et superstitem te relinquo*; nec non illud Tobiae (Tob. 3): *Et nunc Domine secundum voluntatem tuam fax mecum, et praecipue in pace recipi spiritum meum*.*

Addo etiam Simeonem nomine pacis alium mysterium insinuasse, nempe, Christum pacem Dei cum hominibus efflicere venisse (2. Ephes.): *Ipsa enim est pax nostra, qui fecit utraque unum*; ad quod etiam insinuatam angelorum vocem in Christi natali audita fuit, et in terra pax hominibus. In pace ergo se dimitti profertur Simeon, ut etiam adnotavit Irenaeus, quia in pacificatoris, et pacis ipsius adventu recedebat: mode eleganter, ac pie Gericus abbas (serm. 3. de purif.) dixit: *Iam hoc solum reliquum est desiderii serci tui, ut in pace in idipsum dormiam, et requiescam; et pax Dei quae exsuperat omnem sensum, me totum in illius summae, et simplicis unitatis absorbet consensus. Veniat pax quam sustinui, requiescat in pace, qui pacem quaesivit, et quae pacis sunt, seclari semper studuit; sic quippe Isaac ait: Veniat pax, requiescat in cubili suo, qui ambulavit in directione sua. In pace utique Simeon statuerat cubile suum, qui omnibus aliis curis expositis, solum Iesum in corde meditabatur*.

Ut tamen iam ad sequentia verba, quia viderunt oculi mei salutare tuum, calatum admoveam; oportet prius iterum difficultatem illam inculcare. Quid est, quod cum Simeon ardentem desideraret Christum Dominum videre, impleto iam desiderio, quod vitam prolongare solet propter extremam laetitiam, et alacritatem quam se cum affert, ipse nihilominus vitae finem exoptet? Videtur mihi huius difficultatis fieri posse satis per illud, quod refert Platarchus (in vita Alexandri): ait enim Armonacargem philosophum gymnosophistam, postquam vehementissime concupierat Octavianum Augustum videre, ad illo viso in ignis rogam se conueniens dixit: *Oculi qui tantum maiestatis lumen viderunt, non oportet amplius quidquam videant*. Ad hunc ergo modum cum Simeon iam vidisset, non Octavianum Augustum, sed regem coelorum, et Dominum vitae, non aliam rationem con-

plemendi sui desiderii assignavit, nisi quia viderunt oculi mei salutare tuum: quasi diceret: felices oculi Aegyptiorum, qui viderunt Iosephum, quem salvatorem vocabant, et interpretem somniorum: felices oculi Hebraeorum, qui viderunt Moysen ducem populi Dei ex tyranni Pharaonis servitute eos educentem: felices oculi viatorum illorum, qui viderunt Iosue imperio suo solis cursum retardantem, ut inimicorum coram prosterneret; felices Israelitae videntes Gedeonem, qui sine armorum strepitu urinis, et lucernis hostes suos acerrime expugnavit: felices qui viderunt fortissimum Samsonem portas Gazae secum portantem, ac Philisthaeos, et eorum vineas demolientem. Sed feliciores multo oculi mei, quia viderunt oculi mei salutare tuum. Recte melius, quam Moyses a Pharaonis potestate populum cripiens, a molestissima daemone tyrannide nos liberavit, qui ventis et maris fluctibus imperabit, et ad eius imperium dicitur (Matt. 24.): *Sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum*: qui melius quam Gedeon fragili sae carnis urna tribus clavis, et cuspid lanceae perforata, increati luminis virtute in ea latentis copiosissima peccatorum nostrorum agmina, quae velut infestissimi hostes nos persequuntur, profligabit: qui melius quam invictissimus Samson ingentium illorum Philisthaeorum, hoc est, daemnum, mortis, et inferni gloriosam victoriam reportabit. Cum ergo hunc viderim, ait Simeon (Lucas 2): *Nunc dimittis serum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace*. Ubi obiter adverte quosdam interpretes verbum hoc Domine ad Patrem aeternum referre; Euthymium autem, et Theophylactum ad Christum referunt, quasi Simeon cum infanto ipso loqueretur; melius tamen sanctus Athanasius ad Spiritum sanctum acceperat; a quo in ipsum afflante oraculum acceperat; id quod indicat illud quod sequitur, secundum verbum tuum. Unde ex hoc loco probat Athanasius Spiritus sancti divinitatem in haec verba: *Cum induceretur puerulus in templum, et gestaret eum in ulnis, re-sponsum est ab illo, nunc dimittis serum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Igitor Spiritus, Dominus, et herus est. Potest etiam dici ad Deum ipsum in tribus personis communem orationem dirigi; Spiritus sancti tamen personam exprimit, quia eius revelationem exceperat, non visurum se mortem nisi prius videret Christum Domini. Ad rem tamen nostram revertentes, a qua nonnihil digressi sumus, Timotheus presbiter in oratione Simeonis egregiam quandam rationem adhibet, ob quam s. Simeon viso Christo mortem desiderabat: ait enim, quod cum ipse prophetasset dolorem Virginis ob acerram Christi mortem dicens (Luc. 2): *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius*, pelivit ut alter Elias animae suae, ut moretetur, ne tantam conspiceret gentis suae in Christum inhabitantem, imitatus in hoc insignem illum Iudam Machabeum, qui exhortans milites suos ad viriliter pugnam adversus hostes dixit: *Melius est nos mori in bello, quam videre mala gentis nostrae*. Sancto Simeoni salus sibi videbatur morti, quam patranda in morte Christi seclera interi.*

Denique aliam eius rei rationem ex verbis Evangelistae colligere possumus, dum ait, quod Simeon erat iustus et timoratus: cum ergo timeret, ne in peccatum aliquod deinceps prolaberetur, anxie desiderabat huiusmodi periculum vitare; et ideo ex hac vita emigrare desiderans ait: *Nunc dimittis serum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace*: unde sicut Sponsa postquam laverat pedes suos, timebat ne in terram deturparetur (Cant. 5): *Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?* ita sanctus Simeon instar aquilae se renovantis, in ulnis accipiens Christum fuit innovatus, renovabitur ut aquilae inventus tua: quemadmodum enim aquila rostro contingens petram renovatur; ita Simeon contingens Christum petram angularem, Petra autem erat Christus, instar aquilae renovatus est. Ne ergo iterum pravis affectibus inveterasset, tanquam vir timoratus, qui divinum maiestatem offendere permississet, postulat visio Christo continuo dimitti, et ab huius saeculi laqueis penitus liberari.

Sed iam quid sibi velit verbum illud, salutare tuum, explanemus iuxta Patrum intelligentiam. Pro quo suppono, frequentem fuisse apud antiquos patriarchas modum hanc loquendi: nam (Genes. 49) dicitur: *Salutare tuum, expectabo Domine*: et (Psal. 84): *Salutare tuum da nobis*: et (Ps. 118): *Defecit in salutare tuum anima mea*; Euthymius (in c. 2. Luc.) salutare interpretatur Verbi divini incarnationem, quae in salutem hominum facta est, iuxta illud, qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de coelis; sanctus autem Athanasius (lib. de consensu Patris, Filii, S.S.), et Basilium per salutare intelligunt Christum, qui ab effectu salutis hominum, cuius ipse futurus erat causa et origo, dicitur salutare. Unde David quandoque vocat illum salutare meum, aliquando salutare tuum: vocat tuum loquens cum Deo, quia Dei Patris Filius est, et nihil magis habet suum Patrem, quam Filium sibi consubstantialem: vocat etiam tuum, quia quatenus homo, Spiritus sancti opera, et virtute conceptus erat: salutare vero meum appellat, quia salutem futuram sperabat. Vel dicamus aliter, vocasse Simeonem Dominum salutare tuum, non quia ipse salus esset Patris, sed quia adeo magnam agnovit esse aeterni Patris erga nos misericordiam, ut nostram salutem propriam reputet, et propterea suam illam appellet; ad quod alludens David dixit (Psal. 9): *Salvavit sibi dextera eius, et brachium sanctum eius, vel ut Genebrardus vertit ex hebraeo, salvavit se dextera eius*: quis quaeso non miretur audiens Deum dicentem salvasse se? nunquid imbecille ei aliquod periculum, a quo eripi indigeret? captivus ne erat, aut infirmus, ut saluti ei opus esset? mihi me gentium, cum spiritus sit immortalis, summe beatus, de quo ipse David (Psal. 90): *Non accedet ad te malum*. Respondet ergo d. Theodoretus (in comm. huius Psalms): *Immensa benignitate utens suum quaesunt hominum ritum dicit, propterea non dicit, salvavit ipsi dextera eius, sed salvavit ipse sibi*. Persimile est illud

d. Basilii (in Ps. 9) dicentis: *Mortalium vitam suam ducit esse emolumentum, propterea non dicit, salvavit eos. Si igitur tanta noscitur Dei esse benignitas, ut nostram salutem tanquam propriam ipse reputet, par pari ei nos rependere debemus, divinum honorem, et gloriam plus quam propriam defendentes: sic enim et ab ipso mirum in modum honorabimur, sicut et honoratus fuit Azarias, de quo dixit (2. Paralip. 6): Ipse est qui sacerdotio functus est: licet enim haec verba nullam specialem laudem praeseferre videantur, cum et alii permulti sacerdotis munere functi fuissent, ut Aaron, et filii, et nepotes eius, et plerique alii qui ab his originem duxerunt, magnum tamen illius encomium fuit, quod inter tot sacerdotes de illo solo dicatur, ipse est qui functus est sacerdotio: id enim dixit Deus, quia ut (lib. 2. Paralip.) legimus, cum rex Ozias superbe tentavit incensum adolere in templo, ipse cum periculo etiam propriae vitae ei resisit in faciem, quia illud minus non pertinebat ad saeculares, sed ad sacerdotis. Zelus iste divini honoris adeo placuit Deo, ut hic solus videretur sibi esse eius sacerdos; et ideo dixit, ipse est, qui sacerdotio functus est.*

Quare, ut obiter id dicam, duo erga Principes et Magnates apprimè observanda sunt: primum, ut quantumcumque discolis debitus eis deferatur honor, et reverentia propter eorum dignitatem; secundum, vitia eorum reprehendenda esse, ut satis id nos docet historia illa (2. Reg. 28): *Cum autem vidisset mulier Samuelem, exclamavit voce magna, et dixit ad Saul: quare impositisti mihi? tu enim es Saul: quomodo quæso, cum vidit Samuelem, continuo agnovit Saulem? maxime quod cum non agnovisset illum in propria persona, quia ratione potuit illum agnoscere in aliena? sane id collegit ex honore, quem Samuel delatit regi Saul, reverentiam illi tanquam regi exhibens. Licet autem Samuel debitum ei honorem impendit, acriter tamen eundem increpavit, ac tremendam sententiam contra cum divinitus latae ei promulgavit. Ecce illa duo observavit Samuel, Saulem tanquam regem honoravit, ut peccantem vero zelo Dei ductus graviter obiurgavit; cui sit honor et gloria in saecula saeculorum, Amen.*

## HOMILIA XVI.

*De statu viduitatis multa encomia recensentur, et quae insigniores viduae fuerunt, tam ex sacris, quam humanis literis commemorantur: ac permulta viduis documenta traduntur, in illa verba Lucae: Et erat Anna prophetissa filia Phannel de tribu Aser: haec processerat in diebus multis, et vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua, et haec vidua usque ad annos octoginta quatuor.*

Quamquam mihi de s. viduitate loqui saten-  
tum usurpare non liceat illud Ovidii:

Salve virginie flos intemperate pudoris;

tamen haud malo aptari posse arbitror,

Continuos annos a funere coniugis uxor  
Sustinet, in vidua tristia signa domo,

Hunc statum vitae Dido (*Aeneidos quarto*) sibi  
commendatissimum habet, dum sic effatur;

Sed mihi vel felix optem prius una dehisca,  
Vel pater omnipotens adiget me fulmine ad umbras  
Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam.  
Aute pudor quam te violam, aut tua iura resolvam.  
Ille meos primus qui me sibi iunxit amores  
Abstulit, ille habebat secum, servetque sepulcro.

Sed altitudo maiora encomia viduitatis nobis  
petenda sunt. In primis licet viduae sanctae  
mundo viduae videantur, viduae tamen revera  
non sunt, utpole quae Deum ipsum sponsum  
habent eas protegentem ac defendentem: unde  
(Exod. 22) ipse ait: *Viduae, et pupillo non nocentibus: si laeseritis eos, vociferabuntur ad me, et ego exaudiam clamorem eorum, et indignabitur furor meus, et percutiam vos gladio: et erunt uxores vestrae viduae, et filii vestri pupilli.* Rursus (*Deuter. 24*): *Non pervertes iudicium advenae, et pupilli, nec auferes pignoris loco viduae vestimentum.* Iob inter bona sua opera illud recenset: *Cor viduae consolatus sum.* In Psalmis David concinit (*Psal. 131*): *Viduum eius benedicens benedicam, pauperes eius saturo panibus: et alibi (Psal. 143): Dominus custodit advenas: pupillum, et viduam suscipiet, et vias peccatorum disperdet.* Isaïas (c. 1): *Subvenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam: et Jerem. (cap. 22): Viduam nolite contristare.* Rursus (*Proverbi. 15*): *Domum superborum demolietur, et firmos faciet terminos viduae: (Eccles. 35): Nonne lacrymae viduae ad maxillam descendunt, et exclamatio eius super deducentes eas? A maxilla enim ascendunt in coelum, et Dominus exauditor non delectabitur in illis.* Zacharias (c. 1) clamat: *Viduum, et pupillum nolite calumniari: Ezechiel Ierosolymitanos increpat, quia pupillum, et viduam contristaverunt apud te.* Christus Dominus pharisaeis, et scribis male

imprecatur dicens (*Math. 23*): *Yae vobis scribae, et pharisaei hypocritae, qui domos viduarum coneditis.* Divus Iacob clamat, veram esse religionem custodire se ab hoc saeculo immaculatam, visitare viduas, et pupillos in tribulationibus. Hinc sacra Concilia non pauca, nec non sacrorum Canonum sanctiones nullae, viduarum protectionem et movent, et praecipunt: Concilium enim Ratisconense II. (can. 20) ait: *Quid Scriptura divina de viduis, et pupillis praecipiat nobis, clam non est, ideoque quoniam provisioni nostrae Deo auctore causae principaliter viduarum, et pupillorum sunt commissae, pervenit ad nos quod a iudicibus crudeliter pro levisimis causis, veluti defensoribus carentes, irremediabiliter affligantur. Ob hanc causam decernimus, ut iudices non prius viduas, et pupillos conveniant, nisi episcopo nunciarint, cuius sub velamine degunt. Quod si episcopus praesens non fuerit, archidiacono, vel presbytero mandamus, ut pariter sedentes communi deliberatione causis eorum terminos figant, ita iuste ac recte, ut deinceps de talibus ante dictae personae non conpussentur. Quod si is, qui iudex est, aut impetitor eis, aut iniuriarum aliquam ingerent, aut defentionem tanti Concilii transgressus fuerit, a communione suspendatur. Quibus igitur magnum rerum causae commissae sunt, nec minuarum dignum est causas percipere personarum. Solent enim et minima paulatim despectu in malum magnum trahere: haec concilium Ratisconense. Audiamus nunc concilium Carthaginense quartum (canon. 101) in hunc modum loquens: *Viduae adolescentes, quae corpora debiles sunt, sumptus Ecclesiae, cuius viduae sunt, sustententur: et (canon. 103): Viduae, quae stipendio Ecclesiae sustentantur, tam assidue in Dei opere esse debent, ut et meritis, et orationibus suis Ecclesiam adjuvent: et (canon. 102): Ad reatum episcopi pertinet, vel presbyteri, qui parochiae praesent, si sustentandae vitae praesentis causa adolescentiores viduae, vel sanctimonialium clericorum familiaritatibus subiciantur.* Glossa etiam super illa verba Pauli (*ad Timot.*) *Viduas etiam, subiungit, sumptibus Ecclesiae sustentando, et solatis fovendo.* Accedit quod (*dist. 87. cap. 1*) dicitur ex Gelasio Papa: *Viduae autem, et orphanis Ecclesiae praesidium imployantibus episcopi debent adesse, et contra improborum violentias protectionis patrocinium eis negare non debent: et (caus. 23. q. 5. cap. reg.) regibus imponitur onus defensionis viduarum, in haec verba: Regum officium est proprium, facere iudicium atque iustitiam, et liberare de manu calumnantium vi oppressos, et peregrinos, pupillique, et viduis, quod facilius opprimuntur a potentibus, praebere auxilium. Ac tandem posse viduam trahere laicum ad iudicium ecclesiarum iuxta antiquum morem docet Panorm. (*in cap. significant. de offic. delegat. et in cap. licet ex suscept. de foro competentis*). Posse etiam in favorem suum sequi domicilium mariti praerogatum, tradit idem Panormita. (*in c. ex part. de foro compet.*).**

Ceterum iam quae sacra eloquia commemorant, necnon et profana monumenta contestantur de praclaris viduarum gestis, in medium producamus, Iob usque opera viduae thecaitis

perfecti, ut David rex filium suum Absalonem in gratiam reciperet. Susanna, cum discrimine vitae et honoris, contra lascivos senes casitatis victoriam reportavit, et cunctis foeminis virum pudicitiae exemplar extitit. De Iudith saecrae literae haec referunt: *Et erat Iudith in domo sua vidua annis tribus, et mensibus sex: in superioribus domus suae fecit sibi secretum: cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur, et habens super lumbos suos ciliolum, teinabat omnibus diebus vitae suae. Ac ne quis illam sanctam viduam necessitate potius paupertatis, quam devotione cordis existimet ieiunasse, audiat quid de ea in subsequentibus sacer textus dicat: Et erat, Iudith, elegantis aspectu nimis, cui vir suus reliquerat ciliolum nullas, et familiam copiosam, ac possessiones armentis bonum, et gregibus ovium plenas. Ecce vidua praecleara natalibus, et multis facultibus dives, aetate juvenis, specie mirabilis, divitias contempsit, delicias respuit, carnis incentiva calcavit, et indula virtus ex alto, non quaesivit secundo famulari connubio. Denique cum Holofernes innumero Buthulium obessidet exercitum, ut omnis Israelitarum virtus perturbata languesceret, egreditur castitas oppugnatura lasciviam, et ad interitum superbiae humilitas sancta procedit. Ille pugnavit armis, ista ieiuniis. Ille ebrietate, ista oratione. Igitur quod omnis Israelitarum populus facere non potuit, sancta vidua castitatis virtute perfecit. Obtruncavit una mulier tantum agminis ducentem, et insperatam Dei populo reddidit liberatam. Ad haec, quam incalculabilis sanctae Annae conversatio fuerit, satis nolim est, cum demonstrarem. De ea s. Lucae sic loquitur: Et erat Anna prophetissa filia Phannel, de tribu Aser, et haec processerat in diebus multis, et vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua: et haec vidua usque ad annos octoginta quatuor, quae non discedebat de templo, ieiunans, et observationibus serviens nocte et die. Hanc sacram viduam Cyrillus Ierosol. monialem vocat his verbis: *Et Anna prophetissa continens, et religiosissima monialis testatur de ipso.**

Amphilochius vero episcopus Iconii de concursu Domini, et Dei genitricis, his verbis laudat Annam: *Corona viduarum venerat Anna, sexu mulier, ordine prophetissa: versans in regno, corpore laza ac remissa, animo firma ac nervosa, facie rugosa, explicata autem prudentia, senio incurvata, recta incedens cognitione, multitudine annorum inveterata, rutilanter vero exultans divina scientia: ieiunans, et non se explens ad satietatem: orans, et non vacillans, et domos alienas non obiens: pallens, non murgans: prophetans, et non dicens fabulas: divina meditans, et quae sunt turpia non addicens. Iste autem duae insignes viduae Iudith, et Anna, licet tempore fuerint diverso, unius tamen fidei servierunt ambae mysterio: quia Christum quem Anna cognovit in carne natum, ipsum Iudith noverat nasciturum. Quam vero multum Deus in utraque vidua continentiam sibi placitam demonstravit? Nam Iudith spiritalibus armis accincta, caput lascivi praedonis abscedit; Anna vero ipsum caput Ecclesiae Spiritu sancto repleta cognovit: datus est lu-*